

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VII, 00 : Quam iuste & utiliter uiri illustres gloriam sint consecuti](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 01 : Que les hommes illustres ont acquis de la gloire avecque raison, pour avoir obligé le public](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 00 : Les hommes illustres ont avec bons tiltres, & grand'utilité du public acquis de la gloire & reputation](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - VII : Quam iuste & utiliter uiri illustres gloriam sint consecuti, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 24/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6000>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)Latin

Paginationp. 674-675

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

eas fabulas, quas insulsi & imperiti plerique aniles nugæ tantum esse crediderunt, ad posteros tradiderunt antiqui, ut per illas nos à temeritate, crudelitate, arrogantia, libidine, illegitimisque facinoribus retraherent, & ad humanitatem, prudentiam, beneficentiam, integritatem, temperantiamque adhortarentur: & ut humanam vitam denique omnem in melius informarent.

NATALIS COMITIS MYTHOLOGIE

LIBER SEPTIMVS.

*Quam iuste & utiliter Viri illustres gloriam
sint consecuti.*



VELLA neque sanctior lex, neque præclarior institutum esse potest, illustrissime Campeggi, quam illud quod digna virtutibus præmia, & flagitiis singulis supplicia proponit: siquidem equum est, non solum ut à flagitiis retrahantur, verum etiam ad virtutem & ad præclara facinora incitentur animi mortaliū, ne desides ac segnes vitam hanc obscure transigant. Hæc una res Herculem, cæterosque Heroes illustres ita ad labores, omniaque pericula fortiter subeunda impulit, ut nihil neque tam horrendum, neque tam arduum fuerit, quod labore & patientia non fuerit superatum. Nam & latrones de medio sublatis, & inferi aditi, & monstra horribilia perdomita, & crudelitas tyrannorum repressa atque extincta propter præmia virtutis dicantur. est autem præclarum virtutis præmium, gloria: quæ animos mortaliū ad insignia quæque facinora mirifice stimulis impellit, facitque ut difficilia & periculosa & ardua omnia, leuia & plana & facillima videantur. Neque vlla ciuitas, nullum imperium, nulla natio denique potens ac diuturna

tutna esse posset, quæ cum certa supplicia flagitiosis statuerit, mox nullam habeat virorum honorum rationem: quippe cum illa sola felix futura sit, quæ ad bonos, honores & magistratus detulerit id quæ fecerit, tanto erit cæteris ciuitatibus præstantior ac felicitior, quanto magis in hoc agendo fuerit studiosa. Satis eius quod dico, præclarum erit argumentum Romanorum imperium ad viros bonos vel externos sæpe delatum, atque Athenienses etiam multos viros bonos externos sæpius summæ reip. præfecerunt. At contra ciuitas illa, quæ non nisi suis patet ciuibus, quæ fores in perpetuum occlusit exterorum virtuti & fortitudini, quæ nulla etiam habita ratione probitatis inter suos ciues, ad quosuis vel improbos magistratus detulerit: quæ sceleribus pœnas, at nulla præmia virtuti, vel etiam paruas pœnas interdum improbitati, proponit: quo pacto non & segnis & libidini dedita esse potest? quo pacto non stultorum ac scelestorum hominum fiet iniquissima tyrannis? quo pacto non immemor acceptorum beneficiorum, aut etiam ingratæ: quo pacto non inter scorta consenescat, & marcescat in otio? fieri enim non potest ut animus hominum nihil agat, qui nisi honestis exercitationibus teneatur, ad turpia quæque & impura studia deferatur necesse est: nam ubi fores occlusæ sunt virtutibus, illæ necessariò patent vitis & sceleribus; cum aliquid omnino sit agendum.

De Hercule. CAP. I.

NEQVE aliud sanè quidquam Herculem omnium monstrorum, latronum, maleficorumque hominum domitorem & cuesorem præter gloriam virtutis illustravit: qui tantum nominis & gloriæ apud omnes homines consecutus est, quantum nulla ætas vnquam delere possit: cuius in honorem templa, altaria, ceteroniar, sacerdotes fuerunt instituti; quod illi neque nobilitas generis, neque sola vis corporis, neque amplissimum imperium, sine sapientia, animiq; magnitudine concedere poterat. Fuit Hercules Iouis & Alcmenæ filius, ut testatur Orpheus in Argonaut. his carminibus:

πρῶτα δὲ ἦδ' αὖ ποῖον Ἡρακλῆος βεῖον,
 ἐπὶ τέκεν Ἀλκμήνη τῇσι κρονίωνι μῦθεσσιν,
 ἦ μιν ὅτε τριοςκὼ μὲν ἰλίσπετο σείριος αὐγλήν
 ἦ ἰλιν, δολιχὴ δ' ἐπ' ἐμαίετο πάντρεσσι ὄρφνη.

V 2